



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Sebastiani Henrici Penzingeri, Consistorialis
Passaviensis, Decani, & Parochi in Trauttmansdorff ad
Laitam Bonus Ordo Triplicis Formatæ Concionis Moralis In
Omnia Festa Sanctorum In Amplissima ...**

Penzinger, Sebastian Heinrich

Solisbaci, 1698

Concio Tertia. Textus: Et coegerunt eum, dicentes: mane nobiscum.
Thema: Hospitalitas virtus est proficia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51763](#)



IN FERIA II. PASCHATIS.

CONCIO TERTIA.

Et coegerunt eum, dicentes. Mane nobiscum, quo- Textus.
niam advesperascat. Lucæ 24.cap.

Hospitalitas, quam sit proficia, & Deo Thema.
 grata.

Sunt virtutes, civitatum sunt fulcra, fortunæ tessera, & ca- Exordium.
 lamitatum exilia: inter virtutes, non infimo loco po-
 nenda est hospitalitas, quæ nobilissimam agnoscit pro-
 geniem, nempe charitatem; hinc hospitalitatem, ve-
 teres Sapientes permagni æstimarunt. Plutarchus lib.
 de Conviv. Periandri sic verba refert: *Equidem laudo civitates,*
earumque rectores, qui hospitium primum, deinde civibus vacant. Cleodemus apud Plutarchum, mensam, quæ hospites admittebat,
 hospitiique præsidium, aram Deorum amicitiae vocavit. Minime,
 Cleodemi verba sunt, *miki videtur, si ex animi sententiâ est lo-*
quendum, presertim ad mensam, quam sustollunt, erepro cibo, cum
Deorum amicitia, & hospiti præsidium ara sit. Convivium urba-
 nè peregrinis & indigenitus exhibitum, vèluti ara est, quæ homi-
 nes Dei benevolentiam elucrantur. Audiamus Sacram Scriptu-
 ram: *Charitas fraternalis, maneat in vobis, & hospitalitatem no-* Textus Scri-
lite obliviisci, per hanc enim placuerunt quidam, Angelis hospitio pture.
exceptis, concionatur Paulus ad Hebræos cap. 13. & iterum eadem
Epistola: Beneficentie autem, & Communionis nolite obliuisci, tali-
bus

H h 2

IN

bus enim hostiis promeretur Deus. Viri misericordia sunt, quoniam pietates non defuerunt, cum semine eorum permanent bona, beatas sancta Neptres eorum, & gloria eorum non derelinquit. **Cles. cap. 45.** Audiantur & Patres: Hospitalitatis officio, ad cognitionem pervenimus: scribit S. Augustinus in quest. Evangel. iterum ferm. 104. de Temp. Tene hospitem, si vis agnoscere Salvatorem; quod tulerat infidelitas, reddidit hospitalitas; & item contra haereses: Dixire Christiani, sine discretione hospites suscine forte, cui donum clauseritis, cui humanitatem negaveritis, sit Christus. Cum hospitem suscipis, Deum suscipis, sic enim scriptum est in Evangelio, dicente Domino Iesu, hospites eram, & collectus perorat S. Ambrosius lib. 5. de Abraham cap. 5. Fieri non posse, ea domus, qua pauperum miseratione fundata est, malo qui patiatur, immo si quid forte permissa fuerit, melior eam evenient cipier, idque erit familia, & donauit, pro clypeo, & hasta, scribit Chrysostomus, Hom. 7. in Epist. 2. ad Titum: Oleum pietatis, & misericordiae, fundatum, quanto copiosius in fraternalis necessitate funditur, tanto donis posterioribus augmentatur. Sic Cassiodorus exhauste sunt beneficentiae opes, nam largiendo acquiruntur, spensando colliguntur, inquit Agapitus in Epistola Parænetica. 44. concludo Martialis Carmine, lib. 5.

Extra fortunam est, quidquid dona
amicis,
Quas dederis, solus semper habebis.

DEI gratiâ Conceptus pandam.

CONCEPTUS I.

Confirmatio
jeu
Deductio. Mansuetissimus Salvator noster, pro triginta argenteis, pro bus venditus est, voluit, ut illo pretio, sepultura, & requies regni fieret, ita S. Matthæus 27. cap. Emerunt ex illo, agnum.

in sepulturam peregrinorum. Ad peregrinorum & indigentum sepulturam, Christus omne pretium, pretiosissimi sui sanguinis clarigit; cur tam caro emit? utique ut noscamus, hospitalitatis premium, & meritum; quod carius enim res emitur, tanto pluris aestimatur, valet, & constat: omne pretium sanguinis sui, Christus dedit, impedit in opus hospitalitatis, in quietem, & sepulturam peregrinorum; hinc desumere licet, hospitalitas a Deo quanti aestimetur, hospitalales pauperes, peregrinos, indigentes benignè suscipientes, quantum mereantur, & lucentur, paucis: Hospitalitatis meritum, expresserunt fratres Proregis Josephi.

CONCEPTUS II.

Tempore magnae annonae penuriae, filii Jacob, fratres Josephi, in Aegyptum peregrinantur, ibidem frumentum, pro domus necessitate empturi; primo intuitu Prorex Josephus agnoscit, fratres suos esse, non cogitat vindictam, sed humanissime sub tectum suum eos recipit, famelicos alit, & pascit, indigentibus saccos frumento repleri, ac pecuniam clam imponi imperat: *Fussit minister, ut implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum, in facculis suis, datis supra cibaris in viâ, qui fecerunt ita,* Genef.42.cap. In via unus faccum suum aperuit, & pecuniam, ac pretium cum invenisset, reliquis fratribus retulit; ita Textus: *aperisse que unus sacco, ut daret jumento pabulum in diversorio, contemplatus pecuniam in ore facculi, dixit fratribus suis: reddit a effundi pecunia, & obstupefacti, turbarique mutuò dixerunt: quidnam est hoc, quod fecit nobis Deus?* Quid loquimini, vos viri? An non prudenter vobis imaginari potestis, Proregem Aegypti Josephum, in vestros saccos, pecuniam imponere justissime? Cur ergo admirantes, non potius dicitis, quid est hoc, quod fecit nobis Josephus? adverte: Josephus magna hospitalitate erga viros hos peregrinos exercuit, non tantum frumentum, & pretium pro eo, sed & insuper cibaria in via liberaliter dedit, ac donavit; virum tam benignum, hospitalitatem admirantes, non Proregem, non Josephum, sed Deum vocant; *Quid est hoc, quod fecit nobis Deus?* indicantes, hospitalita-

Hh 3

tis

tis virtus, hospitalem divinum reddit, omnibus beatissimum felicissimum,

CONCEPTUS III.

Omni virtuti favet Deus: audeo dicere; hospitalitati quod maximè favet: libeat veritatem eruere ex Parabolâ Lucae 16:1 conscriptâ: Duo debitores erant cùdam Domino, unus centesimis debebat cados olei, alter centum coros tritici: Procurator domini hos debitores citat, debitori olei quinquaginta donat, tritici centum; Audiamus Textum: *Dicebat primo, quantum debes Domino meo? at ille dixit; Centum cados Olei: dixitque illi: non cautionem tuam, & sede citò, scribe quinquaginta: deinde alii dixerunt: quòd quantum debes? qui ait: centum coros tritici; ait illi: cipe litteras tuas, & scribe octoginta: & laudavit Dominus eum inquiratis, quia prudenter egisset.* Quæstio oritur, cur debitori olei plus, quam debitori tritici donatur? & cur rectè quinquaginta donantur? Nullus ignorat, in oleo benignitatem, charitatem, & hospitalitatem signari; ergo habenti hospitalitatem, benignitatem, misericordiam, plus, & major gratia, quinquaginta, numerus jubilæus, jubilæum gratiarum donatur, nempè Dei gratia, & benedictio, quam Deus liberalissime impetratur. Conceptus hic est Divi Chrysologi serm. 126. sic aureo scribentis: *Scribere jubet quinquaginta: quinquagesimum numerum ad misericordiam pertinere, David pandit, cum Psalmum quinquagesimum cantat, clamans: Miserere mei Deus, secundum agnam misericordiam tuam: Hospitalitas ergo, benignitas, misericordia erga peregrinos, ad omnes Dei gratias, & misericordias petrandas, potentissimus advocatus, & patronus est.*

CONCEPTUS IV.

De Bethlehem civitate, licet parvula scribit Michæas, cap. 5. Et oculi Bethlehem Ephrata, parvula es, in milibus Iuda. S. Matthæus cap. 2. etiam habet: *Et tu Bethlehem, terra Iuda, nequaquam*

minima es, in Principibus Iuda, ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israël. Bethlehem interpretatur S. Gregorius lib. 8. in Evangelia, vocari *domum panis*. Cur domus panis? Nomine panis, in Scripturis, haec omnia subintelliguntur, quae ad animam, & corpus expeditum, & prudenter desiderari possunt: Sic Jacob orat: *Si dederit mihi Dominus, panem ad vescendum.* Genes. 28. cap. Nomine panis ergo, subintelliguntur omnis generis dona, & Dei omnipotentis benedictiones: ut animae innocentia, conscientiae candor, corporis sanitas, Principum favor, rerum temporaliuum sufficientia; Bethlehem ergo vocando domum panis, uno verbo omnia dona, gratias, & benedictiones, è liberali Dei manu elargiuntur, ut ducatum in populo, abundantiam in terrae frugibus, &c. Jam quis causalem dicet, ob quam adeò benedicta, gratiis, & donis Dei cumulata fuerit Bethlehem? Causalem aliam non invenio, nisi minutam quandam hospitalitatem, quod Christum Dei Filium sub tectum receperit, in stabulo manere indulserit: minuta haec hospitalitas, amplissime à Deo proemiata est, Bethlehem domus panis; Hospitalitatis virtus copiofissime proemiat, hospitales ditat, & benedictione cœli, & terræ replet. Testem produco Abrahamum.

CONCEPTUS V.

Abrahamo Genes. cap. 18. promissio fit filii, in quo benedictione sint omnes gentes. *Habebit Filium Sara uxor tua.* Hic filius est Isaac, de cuius stemmate, & sanguine natus est Christus Jesus, qui totius mundi unica est salus; maximam benedictionem! Abraha Deus cum filio Isaac elargitur. Quale meritum, ad tam pinguem benedictionem, habet Abraham? Meritum est hospitalitas: *Apparuerunt ei tres viri stantes propè eum, quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum, de ofcio tabernaculi sui, & adoravit in terram, & dixit: Domine! si inveni gratiam, in oculis tuis, ne transeas servum tuum, sed afferam pauxillum aqua, & laventur pedes vestri, & requiescite sub arbore, po-*

nam.

namque buccellam panis, & confortetur cor vestrum, posse à trahitis, &c. Festinavit Abraham in tabernaculum, ad Sarum, dum que ei, accelerata tria sata similes commisit, & fac subcinericias; ipse verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum nerrimum, & optimum. Desuper eleganter S. Chrysostomus in Genes. Currit, & volat senex, vidit enim prædam, quam nabatur. Non vocaret famulos, quasi diceret: magnus thesaurus est, magna negotiatio, per meipsum, hanc mercem infidebo, ne elabatur tantum lucrum. Hospitalitas ars est quatuorssima.

CONCEPTUS VI.

Jobo inquit sacer Textus cap. 42. Addidit Deus omnia, cuncte fuerant Job, duplia. Pius Samaritanus protulit duos denarios. Quae merita causæ, cur Job dentur duplia? Merito allegat Sacra Scriptura, lib. Job cap. 31. *Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patitur.* Hospitalitatem non in plo, sed in duplo liberalissimus Deus præmiat: Hospitalitatem maximam, pius Samaritanus, erga peregrinum, qui incidit latrones, exercuit: *Imponens illum in jumentum suum, duxit bulum.* Lucæ 10. cap. Non unum ergo, sed duos denarios fert, duplex præmium monstrat, quo præmiandi sunt hospitiis lectatores, confirmat. S. Augustinus: *Duo denarii, summissio, vita qua nunc est, & eterna, vult dicere, temporaliter eternum, hospitalitatem Deus remuneratur.* Percurrite hospitalitatem indubie temporaliter remuneratam invenietis hospitalis, Angelos recepit sub tectum, ab incendio, & fatali ritu, præservatus est, Genes. 19. cap. Exploratores Josue, sub hospitio Raab meretrix liberaliter, custodivit fideliter, incautè, & domus ejus tota ab hoste servata est. Josue 2. cap. propterea ad hospitalitatem fuit Rebecca, dicens servo Abraham: *Et sancti plurimum est apud nos, & locus spacioſus ad medium.* Genes. 24. cap. & ideo in Sponsam Iaaco eligitur: rebus

hospitio Sunamitis Elisaeum , qui & filium impetrat , & eundem mortuum suscitat 4. Regum 4. hospitio recipit Zachaeus Dominum , & filius fit Abrahæ , Lucæ 19. cap. Sed in æternum hospitalitatem Deum preemiare , testatur Christus Matth. 25. cap. Tunc , in die Iudicij inquam , dicet Rex his , qui à dextris ejus erunt ; venite Benedic eti Patris mei , possidete paratum vobis Regnum : Hosches eram , & collegisti me .

Hortor ergo omnes , cum S. Petro Apostolo , Epist. 1. *Epilogus*. cap. 4. Estote hospitales invicem sine murmuratione . Et cum S. Gregorio Papa , lib. 2. Dialog. cap. 11. Præbete fratres modò , peregrino Christo hospitium , ut vos in judicio , non quasi peregrinos nesciat , sed ut proprios recipiat , in Regnum , ipso adjuvante , qui vivit Deus in sacula .

Amen.



Ii

IN